



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Gvilhelmo III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

Fridericus
Bellicosus
primus Sa-
xonię Dux
Elector.

Christi propagatione in Borussia: cum Guil-
helmo, Patruo suo, Pragam obsedit in Bohe-
mia. Ipsos Bohemos Sigismundo Imperatori
rebelles ad Brixiam superauit, & arcem Carl-
stein ab obsidione illorum liberauit. Ob
quod fidele præstitum auxilium primus in
suo stemmate auitum Saxoniæ Ducum titu-
lum, qui paſſim ad alienas familias ab obitu
Imperatorum Saxoniorum euagatus erat,
ad legitimos hæredes reuocauit, dignitatem
quoq; Electoratus titulo suo annexā, ab eo-
dem Imperatore familiæ suæ acquisiuit An.
1423. d. 6. Febr. Naturæ debitum persoluit
VVeiffenfeldæ d. 4. Ian. An. 1428. Multæ
fuerunt huius Principis virtutes, in quibus
semper eluxit pietas, & zelus promouendi
Catholicam fidem, & pacem. Contra hostes
enim hosce maxime duos; Rebelles in Impe-
rio, & Infideles extra Imperium se acerri-
mum often lit Aduersarium: Dignus quem
posteri ipsius, prouinciarum, & dignitatis
hæredes, progenitorem suum studiosè co-
lant, ac imitentur.

DE GUILHELMO III.

ET sicuti Fortes creantur fortibus, & bonis,
ita bellicosus hic Fridericus generosos
procreauit filios, Fridericum II. cognomeno
Placidum, qui stemma propagauit: Sigis-
mun-

mundum, qui Episcopus fuit Herbipolensis,
 & administrator Mersburgensis: Guilhel-
 mum, qui cum magna laude Alberto II. Au-
 striaco Imperatori militauit contra Bohe-
 mos, à quo ob res fæliciter gestas Ducatum
 Lucelburgensem, in feudum accepit, quem
 tamen quinquennio post Carolus Audax,
 Dux Burgundiæ actu occupauit, suoque ære
 redemit. Anno 1444. Post Ladislai Au-
 striaci, Regis Bohemiæ, obitum, in dissensio-
 ne Ordinum, à quibusdam, Silesijs præci-
 puè, Rex electus, Georgio Podiebracio, ab
 altera factione electo, ceu Ionathas Datidi,
 sponte cessit, ac perpetuo fædere cum ipsius
 familia inito, filiam suam Annam Henrico
 Georgij Regis filio sponsam collocauit. An-
 no dehinc salutis nostræ 1461. in Palæsti-
 nam profectus cum nonaginta & quatuor
 itineris comitibus, reduxit ex illis sexaginta
 quatuorequites auratos. E viuis excessit An. * ^{zum}
 1483. Vinariæ in * cœnobio à se cōdito inhu- ^{Bar-}
 matus, relicto post se nomine *Principis laudabi-*
lis, & egregij Bellatoris.

DE FRIDERICO II.

PORRO Fridericus II. cognomine *Placi-*
dus, ingenio, & moribus verè mitis, &
 pacificus, bella, & contentiones, quantum
 potuit, defūgit: & memorabile est, quod cum
 aliquan-